



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 68. An sit licitum jurare circa rem malam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

Q. 68. *An sit licitum jurare circa rem malam.* ²⁶⁵

R. Regin. & alii cum Bonac. D.4.Q.1. P.3.N.9. dicunt semper esse mortale adducere Deum in testem rei mortaliter malæ, sed probabilitis negant. *Suar.* c.12. num.7. *Sanch.* L.3.c.4.n.33. *Fill.* T.25.c. II. n.336 *Castrop.* p.5.n.6. *Dicast.* n.81, nisi Juramentum assumeretur tanquam instrumentum illius peccati, ut si quis detractionem confirmaret juramento, tum enim per juramentum auget infamiam, quia majorem facit fidem; de cetero non erit mortale jurare, v. g. furtum à se esse commissum, nam invoco Deum testem veritatis; imò rectè notat *Fill.* nullum fore peccatum, si quis cum causa juraret se aliquod mortale commisisse, nam ex illo objecto materiali jurato nulla redundat irreverentia in Deum vel in juramentū: aliud est de juramento promisorio, de quo *Busenb.* suprà, nam si jurem rem venialiter malam à me faciendam, communis sententia est esse tantum veniale; si mortaliter malam, communior est, quod peccatum graviter, firmando me illâ authoritate Dei in proposito peccandi mortaliter, quamvis etiam *Leß.* & *Dicast.* à num. 67. dicant nec hīc satīs apparere rationem convincentem, retorquentur enim in proposito jurato peccandi venialiter, hīc fidedigni referunt *Vasq.* & *Rubium* sensisse semper esse veniale tantum; sed propter autoritatem contrariam non est recedendum à communi sententia.

Q. 69. *An sit mortale jurare sē facturum rem,* ²⁶⁶
quam jurans scit esse physicè vel moraliter impossibilem. R. Communis sententia apud *Tamb.* L.3.c.3. §.3.n.8. *Dicast.* n.108. *Busenbaum* suprà affirmat, quia Deus vocatur in testem illius, quod judicari debet non futurum: consentit *Tamb.* si juranti, quantum in se est, desit animus procurandi, ut eveniat,

esse
puta-
quo
Nay.
xigit
rum.
quia
qui-
ausa,
udi-
onis.
eipsa
iope
lices
con-
ulas
Deus;
men
, &
pre-
nali,
c.14.
runt
ibus
pro-
ores
ique
tum,
aca-
Q. 68.